

Quæcumque habes vende, et sequere me.

✠ Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum 10, 17-27

In illo tempore:

¹⁷ Cum egrederétur Jesus in viam,
accúrens quidam
et, genu flexo ante eum, rogábat eum:
«Magíster bone,
quid fáciam ut vitam ætérnam percípiam?».

¹⁸ Jesus autem dixit ei:
«Quid me dicis bonum?
Nemo bonus nisi unus Deus.

¹⁹ Præcépta nosti:
ne occídas,
ne adulteres,
ne furéris,
ne falsum testimónium díixeris,
ne fraudem féceris,
honóra patrem tuum et matrem».

²⁰ Ille autem dixit ei:
«Magíster, hæc ómnia conservávi a iuventúte mea».

²¹ Jesus autem intúitus eum diléxit eum
et dixit illi:
«Unum tibi deest:
vade, quæcumque habes, vende et da paupéribus
et habébis thesáurum in cælo
et veni, séquere me».

²² Qui contristátus in hoc verbo,
ábiit mærens:
erat enim habens possessiónes multas.

²³ Et circumspíciens Jesus ait discípulis suis:
«Quam difficile,

qui pecúnias habent, in regnum Dei introíbunt».

²⁴ Discípuli autem obstupescébant in verbis eius.

At Iesus rursus respóndens ait illis:

«Fílii, quam difficile est in regnum Dei introíre.

²⁵ Facílius est camélum per forámen acus transíre
quam dívitem intráre in regnum Dei».

²⁶ Qui magis admirabántur dicéntes ad semetípsos:
«Et quis potest salvus fieri?».

²⁷ Intuens illos Iesus ait:

«Apud hómines impossíble est
sed non apud Deum:

ómnia enim possibília sunt apud Deum».

Verbum Dómini.